

vendidisse ac in perpetuum quitauisse reuerendo patri domino. L. dei gracia episcopo lincopensi quandam domum lapideam quam habebat ex vtraque parte amnis sitam, & aliam domum laterum extra uillam in pratis pro mille, quingentis, marcis denariorum vsualis monete iam solutis, exceptis centum marcis den. quas eidem promisit infra festum beati Johannis baptiste, prout ipse venditor confessus fuit coram nobis, renuncians excepcioni & omni iuri, pro precio cuius domus dictus dominus lincopensis eidem domino k̄onichino quandam curiam quam emit de h̄enichino ryzikæsun cum agris & alijs suis pertinencijs & quodam agro ecclesie lincopensi dimisit & quitauit pleno iure perpetuo possidendam, tali condicione adiecta quod si idem dominus k̄onichinus & heredes ipsius in posterum dicta bona deberent uendere uel aliquo modo alienare prefata ecclesia lincopensis plenariam potestatem extunc habere teneatur illa bona emendi & infra unum annum iusto precio redimendi, hiis igitur omnibus interfuerunt discreti uiri Gardianus ibidem & Frater stigotus, Gyrdo aduocatus, Gummo, Dominus Nicholaus, dominus Gericæ plump, Gerwinus, & frater suus Ḡøblæ, Wolterus, Wernichæ, R̄øthingar, h̄enichinus rycikæsun, Johannes Ingifridis, suno munk, Dominus bero canonicus lincopensis, Dominus vluidus de skinberghum, ad horum igitur euidentiam pleniorum sigillum nostrum cum sigillis, domus fratrum minorum ibidem & wolteri generi domini k̄onichini supra dicti presentibus est appensum, Datum & actum Suthercopie anno domini, M°.CC°.XC°.III°. .VI. nonas Maij.

Små stycken äro qvar efter 3 sigill.

1093.

1293 d. 24 Maj.

Stockholm.

MAGNUS CARLSSONS bref hvarigenom Ethlasunds gård, lemna Strengnäs Domkyrka i pant för 60 mark penningar, hvilka inom Pingst skola återbetalas eller ock erhålles ytterligare hvad gårdens värde denna summa öfverstiger.

A. 3. g. 3. 2.

Uniuersis litteras presentes inspecturis vel Auditoris MAGNUS KARLS SON salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare cupio omnibus euidenter Quod curiam meam ethlasundh ecclesie strengenensi pro sexaginta marcis denariorum inpignorauit Tali condicione vt si dicta pecunia in festo pentecostes soluta non fuerit nominata ecclesia curiam possidebit pre-taxatam. & mihi quantum excrescit precium curie super concessa pecunia. sepedicta ecclesia assignabit. Domino marskalco Th. & domino magno marin

son super hoc iudicium prestantibus oportune. Date stucholmis. Anno domini M^oCC^o Nonagesimo III dominica sancte trinitatis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet, i grönt vax på utklippt remsa, skadadt.

1094.

1293 d. 31 Maj.

Skällwik.

Kyrkoherden i Hvetlanda Elors gåfvobref på alla de gårdar han i Hvetlanda köpt, hälften till Biskopsbordet och hälften till Domkyrkan.

B 3. 62.

Omnibus presentes litteras inspecturis ELAUS Rector ecclesie hweteland salutem in domino sempiternam. Pateat vniuersis quod ego sanus et incolumis mentisque mee compos omnia predia mea titulo empcionis acquisita que in hwetelandom possideo cum omnibus suis attinenciis pro anima mea ecclesie confero lincopensi jta quod exnunc medietas ad mensam cedat episcopi. Et medietas eorum ad vsus pertineat ecclesie memorate In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo reuerendi patris. dominj L. episcopi lincopensis presentibus est appensum Datum & actum in skioldo-wiik anno domini Millesimo .CC.XC tercio. secundo kal. Junij.

1095.

1293 d. 6 Juli.

Fru CHRISTINA, Johan Elefsons dotters, Lagmannen Birger Persons Frus, testamente, hvari kyrkor, alla kloster och hospitaler inom riket, henne man, öfriga arfvingar och tjenarinnor ihogkommas med gåfvor af gods, penningar, kläder och smycken äfvensom trälar och trälinnor förunnas frihet.

A. 4.

IN nomine Patris & filii & spiritus sancti amen. Cum mortis terminus cunctis mortalibus sit incertus, idcirco ego CRISTINA filia johannis Elefson, vxor birgeri peterson, graui corporis infirmitate laborans, meum in hunc modum condo & ordino testamentum. Vpsalensi Ecclesie lego decem marcas den. & pro fabrica ipsius ecclesie specialiter quinque marcas den. Jtem fratribus predicatoribus siktunie vbi corporis mei eligo sepulturam, sexaginta marcas den. Jtem eisdem do ad ornatum paramentorum ecclesiasticorum paraturas meas de argento dictas kapubonadh & skinnabonadh. Monialibus in sco decem marcas den. Fratribus predicatoribus skeningie quinque marcas den. Jtem sororibus apud sanctum martinum ibidem quinque marcas den.